



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

Humanæ salutis Monumenta, & Odæ variæ

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

In tabulam Christi Apostolos legantis. Ode XLVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44973**

GVM.  
Christi  
NOS.  
um.  
L.

In tabulam Christi Apostolos legantis.

## Ode XLVIII.

Saeclorum veterum, praescripto ex ordine, fine  
 Certa Deo volventibus annis  
 Tempora protulerant; hominum quoq. magna per orbem  
 Strata seges matura iacebat;  
 Agricolam iam cana suum cum terra vocaret,  
 Et falcem exspectaret acutam,  
 Redderet ut foetas seruandi farris aristas,  
 Sed culmos quoque rufus inanes:  
 Tunc Domini messis natus, summusque minister  
 Orbis iniaco auctorque nouandi,  
 Selectorum operi tanto, duodena viorum  
 Ora tuens, sic fatur amicis:  
 O mihi præchari comites, sociique laborum  
 Arcanique sacraria magni,  
 Non vos parua manent discrimina, vertere missos  
 Terrarum moremque modumque:  
 Quies maris horrisoni fluctus, ac dura viarum  
 Sunt adeunda pericula sapè:  
 Non ut Erythræas gemmas, ostrumque superbum,  
 Numorūmve paretis aceruos;  
 Sed magis ut nudī atque inopes, patriaque remoti  
 Vexati, instabilesque, vagique.  
 Vulpibus infestisque, lupisque rapacibus, agni  
 Imbelles, blandæque columbae  
 Sitis, lux tenebris, nimiumque furentibus ægris  
 Fomentum medicisque fideles.  
 Ite igitur fortes, & me duce & auspice magni  
 Consilium curate parentis.  
 Aethereas sperate & opes, æternaque sedis  
 Sceptra meæ, & coniuia mensæ.

## LAETISSIMA ORBI LEGATIO.

Fortia debilibus superantur, maxima parvus:  
 Viderat hoc demens mundus, & obstupuit.

MAGNI CONSILII NUNTIO  
SUMMO S.